1563 i 8. 7bris. Ex MS. Bibl: Zalus: № 244.

Martinus Cromerus, Maxillæ et Latertiano Advocatis Regiis

27

Magnifici et excellentes Domini, amici honorandissimi, S. D. Mitto vobis literas, ad me hoc biduo aliunde allatas. Ego propter mora S. Regis nostri negotia nuper mihi injuncta, redire nunc istuc, ut cogitabam, nequeo, neq; vos huc incommodo vestro pertrahere mihi libet propter eam rem, de qua vobiscum conferre vellem, in rem Serenissimi Regis nostri. Ea est autem ejusmodi. Mandat Majestas ejus Regia Volscio negotiorum suorum gestori in Aula Hispaniæ, ut petat, a Serenissimo Rege illo, quo lites et actiones apud tribunalia Neapolitana sibi à Capacoda de liberando argento, et de rumore ptensi juris in bonis illius et ab alijs quibusvis alijs de causis intentatæ et intentandæ inhibeâtur, et suspendantur, usquè ad exitum compromissi. Est autem operepræcium, ut perscribantur Volscio argumenta, quibus id facilius persuadere, et impetrare possit. De eo igitur istic inter vos conferatis, velim, vestraq; consilia, vel conjunctim, vel separatim mihi primo, quoquè tempore perscribatis. Valete Posoni 8. 7bris, 1563.

Wypisszcie dla Wolskiego powody żądania, aeby sprawa w Neapolu zawarta przez Capacode, zawieszona była póki kompromiss nie da wypołu.